

XXIII. fol. 201. *Incipit Liber augustini de predestinatione sanctorum.* Initium: *Dixisse quidem apostolum scimus &c.* ut T. X. col. 789.

XXIV. fol. 208. Liber idem, qui n. XVII. relatus est.

XXV. fol. 215. *Incipiunt capitula libri enchiridion. beati augustini ad laurentium primicerium ecclesie urbice de fide et spe et caritate.* Sunt numero 125. in editione vero T. VI. col. 195. numerantur tantum 122. Initium ipsius Enchiridii: *Dici non potest dilectissime fili &c.* In Codicibus, quibus usi sunt Mauriani, non videtur occurrisse *τὸ Ecclesiae urbicae.*

CCCXXXIV.

R. 3119 Codex membraneus lat. Sec. XII. Folior. 103. 4. non una manu, bene tamen exaratus, rubro distinctus, et prius *sanctae Mariae in pomgartenberge*, varia complectitur, et I. quidem *Incipit enchiridion. i. manualis liber Sancti Augustini episcopi.* Praeit Elenchus Capitulorum LXXI. Initium est: *Dici non potest fili Laurenti &c.* ut saepius jam utroque Vol. relatum est, et T. VI. col. 195. edit. Maur. habetur, quacum Codicis lectio probe consentit. Extat hoc Opusculum a me germanice red-

ditum inter *Denkmaale der christlichen Glaubens- und Sittenlehre* T. I. P. 2.

II. fol. 62. seu p. 123. *Incipit Soliloquium Hugonis (Victorini) de discretionem et anima.* Melius Dialogus inter has, cujus initium: *Loquar secreto animae meae &c.* ut saepius dixi, et videre est edit. Rothomag. Opp. T. II. p. 223. ubi de *Artha Animae* inscribitur, et Praefationem habet.

III. p. 143. *Visio driethelini uiri dei quam scribit beda presbyter in gestis anglorum.* Et rursus ad calcem: *Explicit Visio driethelini uiri dei.* Narrat eam Beda L. V. c. 13. neque nomen Viri *Driethelmus*, anglofaxonice *Drythhelm*, nisi sub finem narrationis usurpat. Excerptum nostrum incipit ibi: *Hic aliquamdiu mortuus primo tempore noctis scilicet diluculo reuiuiscens ac repente residens &c.* et definit ibi: *me repente inter homines uiuere cerno.* Ejusmodi per Purgatorium, Infernum et Coelum Peregrinationes non semel mihi visae sunt *Danti Aligerio* ideam *Divinae* suae *Comoediae* subpeditasse.

IV. p. 148. Versus quidam pii. Primi de Mercede aequali Operarum *Matth.* c. 20. *Vinea culta fuit &c.* Tetraſtichon secundum adscribo:

Est aliquando bono bene, ne grauius superetur,

Est male, quo maculas lauet, aduersisque probetur.

Est aliquando malo bene, quo grauius feriat,

Est male, quo redeat, uel ut hic quoque iam patiat.

Tertium Hexastichon est Christi patientis ad Hominem Apostrophe: *Dulcis amice uides* &c. Quartum Carmen prolixior Numinis invocatio: *O lumen uerum* &c. Quintum breuius ad Mariam Virg. *Virtutum genitrix* &c. et Sextum ad Servatorem: *Christe faue uotis* &c. Omnia fat fluida.

V. p. 152. *Incipit uisio cuiusdam militis hybernensis ad edificationem multorum conscripta. Gemina Drithelmianae mox relatae. Praeit Marci interpretis Prologus, ut Vol. I. P. 2. col. 1258. quo te, si lubet, refer. Miles in Exemplo praesenti Tungdalus audit, errore, ut puto, Scribae pro Tungdalus. Visio incipit: Hybernia igitur insula est in ultimo occidendi oceano* &c.

CCCXXXV.

U. 90 Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 98. 4. bene, quamvis non ab una manu exaratus, et minio distinctus, quondam ab *Joh. Alex. Brassicano* Icto nostro, ut ejus manus, dein ab *Joh. Fabro* Ep. ut ejus typis excusum *Προγαμια* testatur, possessus continet: I. praemisso, et quidem LXXII. Capitulorum, Summario S. *Augustini Enchiridion de Fide, Spe et Caritate* hic simpliciter inscriptum: *Incipit enchiridion. Initium est: Dicitur non potest Fili Laurenti Dilectissime* &c. Extat edit. *Maur. T. VI. col. 195. Πηγισθη* illam: *Sicut autem nemo a se ipso — a Deo est*; Codex mox sub initium non agnoscit, et non multo

post legit: *quid in rationem, cum fides sit sola, non ueniat; lectionis ceterum fat sincerae.*

II. fol. 48. *Incipit sermo (erasum) ecclesie, sed coaeva manus superscripsit: de patrono. Initium: Triumphalis beati martiris N. ille dies hodie nobis anniuersaria* &c. In Breviario Rom. quidem *Augustina* tributus, alicubi inter *Ivonis Carnot.* Sermones existens, rectius tamen in *Append. T. V. Opp. Aug. col. 368.* repositus est.

III. fol. 49. *ἀνεπιγχαφως* Institutio de Ritibus Dicationis Ecclesiae, quae incipit: *Quoniam ad dedicationem presentis basilice hodie deuote conuenistis, oportet* &c. Non te turbent interjectae bis Rubricae: *Quid significet descriptio alphabeti, et: Quid signetur in uaria unctiōe altaris et ceteris.* Continuus Sermo est *Ivonis Carnotensis* sub finem anni 1115. uivis exenti *de Sacramentis Dicationis*, qui in ejus *Opp. Paris. 1647. f. legitur ordine Quartus p. 269. et in Melch. Hittorpii Collect. Liturg. Colon. 1568. f. p. 478. Finis: et opere implere studeatis. Prestante domino* &c.

IV. fol. 54. p. 2. *De Sacramentis neophitorum. cuius supra in synodo. Verum nemo supra nominatus fuit. Est autem ejusdem Ivonis Sermo I. edit. cit. p. 259. qui incipit: Quoniam populus ad fidem uocatus* &c. et finit: *sed cum gaudio rationem reddant.*

V. fol. 60. *De excellentia sacrorum ordinum et uita ordinandorum. cuius in synodo. Nempe Sermo II. p. 262. hoc initio: Quia christia-*